

TRIBUNAL ECCLESIASTICUM MAIORICENSE

Coram Ilmo. Dno. IOSEPHO RODRÍGUEZ, *Officiali Ponente*

NULLITATIS MATRIMONII

Ob metum gravem reverentialem et exclusionem boni prolis

SPECIES FACTI

1. Titius, iuvenis viginti et duorum annorum, Barcinone degens ratione muneris militaris, anno 1941 obviam habuit Bertham, quae vicesimum aetatis annum agebat, atque in eam oculos posuit et amore captus est. Mox, puellae mater, vidua facta, cum familia difficultate premeretur, Titium hospitem admisit anno 1945, qui domum stipendio sublevaret. Biennio post Titius Matritum profectus est ad scholam militarem frequentandam, eiusque absentia amor Berthae, quae alium iuvenem comitem laboris in officina novebat, in dies decrescebat. At vero Titius regressus ineunte 1948, quamvis sentiret sponsam animo mutato ipsum affectu quasi fraterno prosequi et ut sponsum aversari, primum autem amorem renuntiare noluit. Hinc Berthae matre adiutus, cui matrimonium filiae cum Titio optimum et officium gratitudinis ob beneficia accepta visum est, per vehementes instantias aliasque compulsiones maternas, tandem obtinuit ut nuptiae mense iunio eiusdem anni celebrarentur. Vita coniugalis ad sexdecim menses protracta atque saepe ob diversas circumstantias interrupta, infelix fuit. At neque rixae, neque vexationes, neque iurgia, saltem gravia inter coniuges extiterunt. Sed uxor, quae in corde amorem erga amasium fovere perrexit, veram conversationem maritalem cum viro semper recusavit. Itaque hoc animi statu magis magisque afflicta, graviter infirmata est. Cum vero, recuperata salute, haud aliter res se haberent, vir domicilium coniugale, quod apud uxoris matrem statutum erat, mense ianuario 1950 definitive dereliquit. Anno autem 1956 causam nullitatis introduxit coram Nostro Tribunali ex capite nempe metus gravis, quem uxori mater incussisset, et ex capite exclusionis iuris ad prolem, ex parte quoque uxoris. Asserta igitur competentia ratione domicilii libelloque admisso, cum citata uxor conventa petitioni actoris assentiret atque ad Tribunalis iustitiam sese remisisset, dubium sub hac forma stabilitum est: "An constet de nullitate matrimonii in casu ex capite metus gravis reverentialis vel ex capite exclusionis boni prolis, ex parte mulieris conventae".

IN IURE

1. *Quoad metum*

2. Superioribus ac praesertim parentibus parendum est, quia ipsorum officium est filiis in gravioribus vitae necessitatibus adesse, ideoque potissimum, cum de matrimonio contrahendo agitur. Unde Pius XI, in Encyclica "Casti Connubii", sponso graviter monet: "Ne omittant de eligendo altero coniuge prudens consilium parentum exquirere illudque haud parvi faciant, ut hac in re perniciosum errorem praecaveant et divinam quarti praecepti benedictionem matrimonium inituri copiosius assequantur" (A. A. S., XXII, 1930, pág. 586). Atque Ecclesia, curans de adimplerione huius obligationis, quam liberis pietas iniungit, in canone 1034 Codicis Iuris Canonici statuit: "Parochus graviter filiosfamilias minores hortetur ne nuptias ineant, insciis aut rationabiliter invitis parentibus; quod si abnuerint, eorum matrimonio ne assistat, nisi consulto prius loci Ordinario". Attamen filii, neque ex iure divino neque ex iure ecclesiastico, in iis quae ad electionem status compartisque pertinent, tenentur consensum exquirere parentum, multoque minus eorundem sequi voluntatem, quia matrimonium a nullius arbitrio pendet et a quacumque coactione immune esse debet. Sic apud Concilium Tridentinum legimus: "Filii parentum consensu non indigent, ut valide et licite matrimonium contrahere valeant" (Sess. 24, De sacram. matr., c. 1). Neque bona intentio parentes excusaret, quia metus laedit libertatem nupturientium eorumque iura violat. Iniuste igitur agunt, cum, fines suae potestatis excedentes, filios vexant et cogunt ad matrimonium contrahendum.

3. Quam ob rem, etsi canon 1087, p. 1, de uno loquitur metu matrimonium dirimente, tamen ratione causae, a qua metus incutitur, metus distinguitur in communem et reverentialem; quae distinctio non est quaerenda in sola indole personarum, in quantum metum communem personae extraneae, metum autem reverentialem propinqui vel superiores incutiunt, sed etiam in mediis adhibitis ad flectendum animum reluctatem personae nuptiis resistentis. Ita scribit Wernz-Vidal: "Metus sic dictus reverentialis est ille, quem auctoritate sua facit is, in cuius potestate sumus et quem reverentia et honore prosequimur. Quae reverentia et observantia de se et ex natura sua facit ut verecundemur et erubescamus illis non annuere aut resistere, etiam quando ex resistentia nullum malum sit nobis timendum; ad hanc erubescantiam vitandam, saepe inducimur ad obsequendum ipsorum desideriiis, repugnante voluntate. Haec erubescantia malum nostrum est, sed de se leve, ut per se patet. At plerumque miscetur timor offensae, contristationis aut indignationis. Et si quidem eius tantum offensam et contristationem veremur, metus nullus est, quia non nostrum malum hoc est; si timemus indignationem, metus levis est, quando ex illa non imminet grave periculum. At si indignatio gravis et diuturna futura sit, et iurgia et importunae preces accedant, iam malum quod timetur grave est et metus inde conceptus gravis existimari potest...

Quodsi demum ex alterius indignatione timeatur notabile damnum v. g. exhaereditio, expulsio, aut minae, verberationes similesque vexationes adsint, iam metus est simpliciter gravis". (Ius Can., tom. V, n. 497).

4. Etiam in metu reverentialem ratio habenda est distinctionis inter absolutum et relativum. Sic metus reverentialis multo facilius graviter afficit puellam teneram, debilem, timidam, docilem, in domo paterna habitantem, totaliter a parentibus dependentem, aetate minorem, orbatam omni auxilio, quam foeminam independentem, et multo magis quam virum fortem, sui iuris, in alia regione degentem. At dubium non est quin huiusmodi metu etiam is affici possit, qui, licet natu maior et ideo liber a patria potestate, tamen non ad suum, sed ad parentum arbitrium vivit; namin eo quoque metus reverentialis qualificatus seu gravis et iniustus esse potest, qui de facto absque iuris vinculo sublicitur alicui, cum quo habitat, ab eoque gubernatur. (Cfr. S. R. R. Decisiones, vol. XVII, dec. 41, p. 326, n. 8; vol. XXI, dec. 33, p. 287, n. 13; vol. XXVII, dec. 71, p. 600, n. 8; vol., XXXI, dec. 16, p. 131, n. 2).

5. Ob metum reverentialem matrimonium dirimitur, dummodo vera adsit mentis trepidatio, quia, etsi facultas non auferatur eligendi et consentiendi, voluntas tamen pertrahitur in eum actum, a quo nupturiens sese abstereret, si metus non esset incussus. Valide tamen matrimonium contrahit filius, qui, cognito desiderio parentum, volens se suamque libertatem eligendi et propriam felicitatem sacrificare pro bono familiae, libere, etsi forsam non libenter, nuptias init ut parentibus simpliciter morem gerat. At vero ille nequit dici simpliciter morem gerere parentibus, qui non statim vel post brevem haesitationem, sed post longiorem resistentiam tandem superatus precibus importunis vel mediis iniustis etiam fortioribus acceptat matrimonium a parentibus impositum. Nam in tali casu contrahens non se conformat voluntati parentum, nisi postquam intellexit se aliter gravem et diuturnam indignationem parentum incursum esse. (Cfr. S. R. R. Decisiones, vol. XIV, dec. 24, p. 229, n. 2; vol. XXX, dec. 6, p. 52, n. 2; vol.; XXXI, dec. 58, p. 522, n. 3).

6. Preces importunae atque instantissimae gravem iniuriam etiam tunc continent, cum filius vel filia sua sponte relationes praematrimoniales instituit et tantum postea ob exortam aversionem recedere vult ab illis relationibus. Parentes utique insistere possunt, ne filii ob repentinam varietatem animi, ultimo momento, quando iam omnia parata sunt ad nuptias, recedant a matrimonio. Nihilominus si filii, sive diu sive brevi ante nuptias, se invitos exhibent et serio eas recusant, parentes incutiendo gravem metum iniuste agunt. (Cfr. S. R. R. Decisiones, vol. XVI, dec. 10, p. 80, n. 2; vol. XVII, dec. 26, p. 207, n. 3; vol. XXX, dec. 58, p. 522, n. 2; vol. XXXIII, dec. 59, p. 632, n. 2).

7. Communia vel sueta argumenta matrimonii initi ob metum duo sunt: aversatio ineundi matrimonium ex parte contrahentis et coactio quae eum ad matrimonium impulit. Illam probant facta, quae ostendant personam ab eo

matrimonio abhorruisse; istam demonstrant mala, quae matrimonium urgebant. Ex gravitate autem huius aversationis et huius coactionis arguitur etiam gravitas metus. Aversio vero ante et post nuptias manifestata, e qua praesumptio metus gravis oritur, non debet esse aversio cuiusvis matrimonii vel etiam aversio huius certae personae qua totius, sed sufficit ut sit aversio nuptiarum cum ea persona contrahendarum. Immo neque amicitia, qua inter se iuvenes diversi sexus prosequuntur, excludit necessario metum gravem et iniustum; aliud enim est coniuctum esse amicitia cum aliquo, aliud promptum esse ad matrimonium cum eo contrahendum; ideo amor et aversio relate ad eandem personam simul stare possunt iuxta diversum finem, ad quem unus et altera tendunt; licet enim amicitia admittatur, sed matrimonium excluditur. (Cfr. S. R. R. Decisiones, vol. XVI, dec. 49, p. 435, n. 2; vol. XX, dec. 43, p. 385, n. 2; vol. XXX, dec. 75, p. 704, n. 10; vol. XXXV, dec. 49, p. 496, n. 5. Schmalzgrueber, *Ius Ecclesiasticum Universum*, lib. IV, tit. 1, n. 396; Gasparri, *De matr.* n. 837).

II. Quoad exclusionem boni prolis

8. Matrimonium solo consensu perficitur, ideo contrahens, qui, dum verba consensum exprimentia externe serio et rite profert, interne non consentit, consensum matrimoniale simulat et nullatenus contrahit. Simulatio autem consensus matrimonialis esse potest vel totalis vel partialis. Totalis dicitur si is qui externe consensum exprimit, simul interne positivo voluntatis actu ipsum matrimonium reiicit; partialis vero simulatio habetur si contrahens vult quidem matrimonium, sed non assumendo aliquam obligationem essentialem v. g. coëundi seu ponendi actus per se aptos ad prolis generationem, quod fit in exclusione boni prolis. (Cfr. can. 1081 et 1086). Ob simulationem quoque mere partialem matrimonium est nullum, cum contractus separari nequeat a suis obligationibus essentialibus, et per huiusmodi simulationem intentioni generali contrahendi superadditur intentio positiva contraria alicui essentiali obligationi matrimonii.

9. Simulationis sive totalis sive partialis causa potest esse metus. Nam metum patiens, ad aufugienda mala sibi imminencia, nisi matrimonium impositum celebret, potest verbis dumtaxat exprimere consensum, intrinsecus vero positive illum absolute denegare, aut reiicere aliquod elementum essentielle contractus matrimonialis; in utroque autem casu verus consensus deest. Sed in eisdem adiunctis, metuens potest, ut sese liberet, etsi coactus, consensum dare neque ullam quidem obligationem essentialem excludere; atque in hoc casu verus adest consensus, licet lege privatus sit vi constituendi verum matrimonium.

10. Attenta igitur radicali differentia quae metum inter et simulationem intercedit, cum canon 1669, p. 1, prohibeat ut in una eademque instantia plures actiones cumulentur quae inter se confligant, numquam fieri potest quin ali-

quod matrimonium eodem tempore et cumulative accusetur et proclametur nullum tum ex capite defectus consensus tum ex capite metus; nam, altero probato, alterum impossibile atque inutile evadit. Attamen cumulus actionum contrariarum pro praxi tolerari potest, quando actor nec in una nec in altera fundet suam intentionem, sed in utraque subordinate, adeo ut, si una probari non possit, ad alteram pateat regressus. Quocirca in causa matrimoniali recte actor potest contendere matrimonium esse nullum per modum subalternatum ob consensum simulatum aut ob consensum metu extortum, ita ut, non probato illo, ad hoc cognoscendum deveniatur aut viceversa. Causa vero agitata probat aque coactione iis notis vestita quae requiruntur ut matrimonium sit invalidum, nullitas declarari potest, etiamsi dubium aliquod remaneat utrum metus causa simulatus sit consensus, quod difficilioris est probationis. (Cfr. Lega-Bartocchetti, *Commentarius in Iudicia Ecclesiastica*, vol. I, p. 385; S. R. R. *Decisiones*, vol. XXVII, dec. 18, p. 165, n. 4; vol. XXIX, dec. 12, p. 99, n. 3; vol. XXX, dec. 71, p. 648, n. 3; vol. XXXIII, dec. 36, p. 408, n. 2-3; vol. XXXIV, dec. 21, p. 211, n. 6; *Monitor Eccles.*, 81, 1956, p. 54, coram Pinna, 17, dic. 1955).

11. Matrimonium ex capite metus accusari potest non tantu a coniuge qui metum passus est, sed etiam ab altera parte, dummodo ipsa metum non incusserit (can. 1971, p. 1, n. 1). Ceterum lex inhabilitans coniugem ad accusandum matrimonium subiiciatur oportet strictae interpretationem iuxta can. 19 c. i c. autquia agitur de lege poenali, quae sanctionem veri delicti continet, aut quia secum fert coarotationem iuris, quo quisque pollet, actum ponendi a lege naturali et positiva sibi concessi. Deficiente igitur dolo, parti actrici legitimatio activa non est deneganda seu habilis est ad accusandum matrimonium. (Cfr. *Resp. Comm. Interp. diet 27 iulii 1948, A. S. S., XXV, p. 345*).

IN FACTO

I. Quoad metum

12. Licet nonnulli testes, ab actore inducti vel ex officio vocati, religiositate et probitate non commendentur, plerique tamen officia christiana fideliter adimplent atque honestissimi reputantur. Porro omnes, depositionibus inter se collatis, in actis fide digni apparent, cum vel maxime ex officio interrogati sese exhibeant concordēs in plurimis adiunctis narrandis, quorum alia partium intentioni favere possint, alia vero eidem adversari. Immo ipsi testes de familia actoris, cum nihil vel pauca de metu a matre sponsae illato sciant, fatentur pro sua conscientia matrimonium libere contractum esse. Unde etiam omnis suspicio collusionis in causa excludenda est.

His praemissis circa fidem testibus tribuendam, videamus quaenam probationes ex actis cumulatis atque in trutinam revocatis colligantur.

13. In historia praematrimonialium relationum, quae sponsi per plures

annos habuerunt, oportet duo momenta enucleare, ut, statum Berthae cognoscamus quoad libertatem consensus.

Primum momentum decurrit ab initio illarum relationum, quae anno 1941 ortae sunt, usque ad annum 1947, cum actor Matritum profectus est ad studia in schola militari perficienda. Alterum vero ab eiusdem actoris regressione in urbem Barcinonem, ineunte anno 1948 facta, usque ad matrimonii celebrationem, quae post sex menses locum habuit.

14. In primo momento sponsi libenter perseverarunt in relationibus amicalibus sponte acceptis atque per sex annos amore inter se prosecuti sunt, neque ulla sponsae repugnantia in virum extitit. In libello actoris haec legimus circa occasionem relationes suscipiendi: "Estando destinado en Barcelona, conocí, con ocasión de una fiesta, en el mes de octubre de 1941, a Berta, que trabajaba como modista en unos almacenes de aquella ciudad; y establecimos las relaciones propias de juventud en excursiones domingueras y distracciones propias de quienes trabajan durante la semana". Mulier conventa sic primum relationum cursum describit: "Las relaciones mías con Ticio fueron las normales entre jóvenes y no estuvieron señaladas por algo especial. En los primeros tiempos de las relaciones no sentí aversión alguna hacia él, sino que le encontré agradable en todo". Idem confirmant testes. Ait mater Berthae: "Las relaciones empezaron libremente". Similiter Aurora, quae tunc temporis amicitiam cum sponsa colebat: "Al principio de las relaciones, yo veía que Berta estaba muy enamorada de Ticio". Atque Robertus, collega actoris in militia, et Ruphina, consobrina Berthae, etiam esserunt relationes praematri- moniales aliquandiu bonas fuisse.

15. At in altero momento scaena omnino mutatur. Nam Bertha quae, actore absente, alium iuvenem in officina laboris noverat, cum eo amicitiam fovere coepit. Itaque actori, qui Matrito regressus nuptias celebrandas proposuit, patefecit se eum amore fraterno diligere, sed ut sponsum respuere. De hac re mulier conventa deposuit: "Cuando Ticio estuvo lejos de mí me di cuenta de que yo sentía un cariño más bien fraternal hacia él, y que no era cariño para casarse". Et insuper: "En aquel tiempo yo amaba a otro joven, con el cual deseaba casarme, y al que conocí mientras Ticio se hallaba en Madrid, en la Escuela Militar... Mis relaciones con ese otro joven tuvieron origen por causa del trabajo..." Haec omnia, quae eodem modo actor in libello et in excussione iudiciali narrat, corroborantur a testibus. Sic mater uxoris conventae: "Como el chico se marchó, parece que las relaciones se enfriaron con el alejamiento, y, al volver, les ví muy fríos; entonces el chico manifestó intención de casarse... Mi hija dijo que no se quería casar con él". Amasius declarat: "Yo trabajaba con la demandada en la misma fábrica, durante sus relaciones con el actor; y de aquí nació una simple amistad, y luego un cariño". Haud aliter collega actoris supra memoratus: "Unos siete días antes de la boda, le dijo la novia al actor que no le quería; y no se quería casar con él, pues tenía relaciones y estaba enamorada de otro chico, empleado en la fábrica donde ella trabajaba".

16. Ac ne quis a muliere conventa hoc ita dici forte miretur, quod Titium affectu fraterno diligeret, iudices facile explicatu censuerunt, si ratio habeatur arctissimae consuetudinis quae inter ipsos orta erat. Nam mater Berthae, mortuo marito, hospitem actorem receperat, qui inde inter familiares connumeratus est atque victui aliisque familiae rebus providebat. Quinimmo actor vicissim tulit aliquando Bertham et fratrem minorem istius ad domum suorum parentum ibique aliquot dies morati sunt. Sic traditur in libello, necnon ex actis omnino constat.

17. Aversio autem, quam sponsa, non obstante amore quem primo momento erga Titium persenserat, postea in mente concepit circa matrimonium sibi propositum, usque ad diem nuptiarum perseveravit, eoque magis manifestata est, quo dies nuptialis proprius erat. Pars conventa haec iudicialiter exponit: “El día anterior a la boda no tenía terminado el vestido, porque no sentía ilusión alguna para ello. Lo terminé a las cinco de la mañana del mismo día de la boda. Esta se había aplazado un mes, porque yo decía que no me quería casar. Pasado el mes de plazo, como mi madre viera que seguía firme, ella y Ticio decidieron no aplazar más la boda y fijaron la fecha definitiva; creyeron que una vez casada, yo cambiaría de opinión”. Huic depositioni concordat testimonium consobrinae: “El día anterior a la boda, yo estuve en casa de Berta, y la encontré llorando y me dijo que el vestido no estaba terminado, cosa que yo misma comprobé, y oí que Berta decía a su madre delante de mí, varias veces aquella misma tarde cerca de la noche: “no em vui casar amb En Ticio, porque no me l'estimo!”. Y la madre le contestaba que había de casarse con él; y me parece recordar que la misma Berta dijo a su madre que era ella la que tenía que casarse con Ticio”. Amasius vero haec de colloquiis cum Bertha fere usque ad diem nuptialem secreto habitis, refert: “No nos vimos el día de la boda, ni los siguientes, porque seguidamente se trasladaron los contrayentes a Mallorca. Pero sí tuvimos entrevistas en forma repetida, aunque espaciadas, los días anteriores a la boda. En estas entrevistas, como es lógico, vivíamos intensamente nuestro drama, y mis palabras eran siempre las mismas: “que se negara rotundamente a acceder a la equivocada unión”; y tristemente siempre conseguía la misma respuesta de Berta: “No puedo”. Me parecía tan fuera de lugar tal reacción, que hasta llegué a dudar de su afecto hacia mí; hoy me avergüenzo de tal duda”. Itaque, omissis aliis testimoniis quae certam reddunt repugnantiam sponsae ante nuptias, audiamus quae de ipso die nuptiali referunt testes. Ait frater Berthae: “Acompañé a mi hermana, del brazo, al entrar en la iglesia; estaba evidentemente triste; tenía un estado nervioso, desusado en ella, tanto es así que, cuando íbamos en el coche un señor, que resultó ser el dueño de la fábrica en donde había estado trabajando, la deseó felicidades. Y entonces mi hermana me dijo que ella no quería casarse, y yo la contesté que en aquellos momentos estas palabras eran debidas a un estado nervioso”. Pater actoris de visu testatur sponsam et matrem eo die multas lacrymas effudisse. Mater etiam actoris de festo nuptiali sic loquitur: “Me pareció que ella estaba triste el día de la

boda, y en general, la fiesta me pareció fría. No sé si es que en Barcelona no tienen costumbre de dar tanta solemnidad y alegría a la fiesta de bodas. No hubo banquete, y comimos en casa de la madre de ella solamente los familiares, cinco por nuestra parte, y algunos hermanos, la madre, una prima y una tía de ella”. *Consobrina tandem mulieris conventae, ut reliqui testes concordēs in frigiditate et tristitia sponsae asserenda omittantur, testata est: “Yo y otras personas, que estaban presentes, esperábamos que Berta, a la pregunta del sacerdote sobre si quería casarse con el allí presente, contestaría que no, cosa que a nadie hubiera extrañado... Durante la comida, Berta se marchó, y después alguien, mientras los demás comían, la fue a ver y la encontró llorando de tristeza por la boda hecha; no puedo recordar la persona que hizo la visita, pero ciertamente la cosa fue comentada hacia los postres de la comida”. Atque plene cohaeret testi praecedenti uxor conventa, quae, interrogata in nova excussione iudiciali circa ea quae in convivio nuptiali acciderunt, respondit: “El día de la boda hube de retirarme de la mesa, a mitad de la comida, por causa de la tristeza que me consumía; seguidamente me dirigí a una habitación, y allí me encontró desmayada mi cuñada; ella me reanimó con agua del Carmen, y me preguntó el por qué del retirarme de la mesa y consiguiente desmayo, y yo le expliqué el disgusto que me afligía, al casarme con Ticio contra mi voluntad, y añadí que quería solamente a Cayo y que no pensaba más que en él”.*

18. *Iamvero in casu non est ambigendum quod sponsa morem gesserit matri propter bonum familiae nuptias flagitanti. Sic nempe ipsa mater declarat se filiae nuptias appetivisse rationibus praesertim oeconomicis: “A mí me parecía que con Ticio todos estaríamos bien... Yo quería este matrimonio, porque me pareció que sería la felicidad de mi hija y de mi casa: Ticio tenía una paga fija y segura, como militar”. Filia vero loquitur de sacrificio propriae libertatis propter matrem accepto: “Mi madre y Ticio se empeñaron en el casamiento y hube de continuar las relaciones hasta el final sacrificio del matrimonio... Yo no me quería casar, porque pensaba y sabía que el matrimonio es para siempre; yo pensé que me casaba por la voluntad de mi madre, pero que de ninguna manera quería a Ticio”.*

19. *Morem autem matri gessit vere invita. Unde immerito aptaretur cuius regula, qua in iure dictum est metum reverentialem non esse eius, qui fecit ut morem gereret personae quam reverebatur. Vetat enim quominus aptetur eiusdem regulae limitatio: “si non fecerit invitus”. Nam sponsa non sese obtulit vimque sibi gravem fecit ex libera voluntate, sed tantummodo a matre graviter impulsa. Ita in ipsis verbis praecedentibus ab uxore conventa ad rem usurpatis aliquatenus adumbratur; quippe quae potius verum statum necessitatis quam sacrificium voluntarie et libere acceptum significant, vel maxime si cum aliis subsequentibus comparentur. Statim in responsione sequenti soli coactioni maternae causam definitivam celebrationis matrimonii adscribit: “Fue mi madre la que me hizo dar el paso definitivo”. Mox loquitur de precibus et suassionibus instantissimis quae ex parte matris, suum animum*

adeo vexebant, ut earumdem assiduitate “empezó a ponerse mal y llegó a perder unos diez kilos de peso, motivando esto la enfermedad que la aquejó algún tiempo después”; quin prodessent, ad matrem a proposito flectendam, reiteratae filiae protestationes “que no quería casarse con Ticio, porque ciertamente no le quería como esposo, y su corazón no era suyo, sino que pertenecía a otra persona”. Immo vero etiam, cum in nova depositione uxor innuisset se a matre minis coactam esse, pressius rogata ut earumdem naturam enodaret, respondit: “Mi madre me amenazaba con echarme de casa, si no me casaba con Ticio, y me decía que ya no me trataría más, pues no me consideraría como a una hija. Mi madre decía textualmente: “eres una mala hija y me matas a disgustos”; “si no te casas con Ticio, no tendrás madre, y para mí serás una perdida”; “si no haces mi voluntad, en esta casa no te quiero más”. Y otras frases por el estilo, tales como “hablaré con los familiares y personas conocidas, para que nadie te ayude”. Hinc, postquam narravit praeterea bis alapam matrem sibi dedisse, concludit: “Yo no tuve más remedio que sucumbir, por causa de mi poca voluntad; pues, debido a mi poca salud en aquellas fechas, entre disgustos, contrariedades y mi sufrimiento, debido a no querer a Ticio, y ante la insistencia de mi madre, hacía este conjunto de circunstancias, que yo me encontrara menos fuerte en mi voluntad, dejándome llevar por la voluntad de mi madre”.

Nunc vero sacrificium, quod molestis sollicitationibus aliisque gravioribus vexationibus imponitur ex una parte et subitur ab alia, quia nullatenus declinari potest, verum statum necessitatis dicit, qui cum libertate ad contrahendum conciliari nequit atque iniustitiam apertam continet.

Cum integra mulieris conventae confessione concinit mater, quae testatur se, nedum suassionibus, sed etiam duris eloquiis et comminationibus in filiam usam esse atque in irae excessu eam quandoque percussisse, ut nuptiae sibi expotatae fierent: “La exhorté al casamiento con Ticio... Mi hija me decía muchas veces que no quería casarse con él; y yo le contestaba que, como el chico estaba en casa, era absolutamente necesario que se casara para evitar habladurías de la gente... Cuando yo veía que los novios estaban de mal humor me disgustaba y les ponía mala cara, especialmente a mi hija, para conseguir que se hiciera la boda, que era la salvación de mi casa. Un día incluso la pegué y la dije que, si quería, podía marcharse de casa, como había hecho su hermana mayor, que se había separado completamente de mí”.

Hanc porro coactionem et a matre et a filia assertam firmant et roborant plures testes. Collega Berthae in officina fabrili, testatur: “A la madre, en aquel tiempo, le pareció que el casamiento de la hija con Ticio, era una cosa óptima y que no se había de despreciar; por esto puso todas sus fuerzas persuasivas a fin de lograr la boda de la hija... De las conversaciones que, en aquel tiempo, tuve con Berta, deduje que su madre la obligaba al matrimonio con Ticio”. Idipsum affirmat consobrina uxoris: “Berta fue evidentemente coaccionada al matrimonio, puesto que su madre la obligó a ello; sucedió que una hermana de Berta se marchó de casa, puesto que quería

vivir sola, y así lo hizo; desengañada por todo ello, la madre vio una solución en el casamiento de Berta con el joven Ticio y puso todo el empeño de que fue capaz para conseguir el casamiento... Un mes antes de casarse vino la misma Berta a enseñarme unas ropas para vestido, pero decía: "tía, no em faré el vestit, porque no em vui casar!"; yo le dije: "deixa-ho correr", pero Berta contestó: "la meva mare m'obliga, m'ha amenaçat, i no tinc més remei que casar-me!". Quodsi haec testimonia verbis genericis prolata per se parum efficacia videantur, calculum tamen adiiciunt affirmationibus aliorum testium, qui rem enucleatius explicarunt. Sic amica sponsae, etsi post matrimonium contractum, tempore sane non suspecto, ait sibi illam declarasse: "La manera de actuar de su madre era el de hacer lamentaciones, acusándola de poco cariño; que no quería tener en cuenta el bien de la familia; que era una mala hija... Las lamentaciones eran diarias e impertinentes en el sentido de que la hija realmente amaba a la madre. Yo creo que Berta no pudo resistir más y estoy absolutamente convencida de que, si no hubiera habido la voluntad de la madre, el matrimonio no se hubiese celebrado". Ac de visu haec refert sponsae amitina: "En mi viaje de bodas, vine a Barcelona y me presenté en casa de Berta; allí hubo un gran jaleo, porque la madre me decía: "Ves tú, Berta se ha de casar con Ticio, porque es una cosa que le conviene y le irá bien; Ticio es muy buen chico". Y Berta contestaba: "no lo quiero, ni aunque tenga familia no lo querré nunca; no me quiero casar con él". Y entonces las dos se enfadaron mucho y se pusieron a llorar. Yo, al ver el espectáculo, quedé tan impresionada que, al volver a los quince días a mi pueblo, no quise despedirme para que no sucediera otra vez lo mismo". Unus ex fratribus sponsae hunc casum vapulationis tradit: "Un día encontré a mi hermana llorando, a consecuencia de un bofetón que le había dado mi madre, al oponerse a casarse con Ticio". Alter frater loquitur de scaenis violentis id temporis intra parietes domesticos habitis. Soror Berthae saepe vidit hanc lacrimantem; et addit se ab aliis fratribus audivisse matrem filiam verberasse, quod Ticio nubere nollet. Neque omittenda est depositio amasii, qui, relata a sponsa in colloquiis exponens, ad apicem eidem omnino congruit: "La madre, para obligarla al casamiento, insistió de forma reiterada y contundente, hasta el extremo de amenazarla con abandonar su propia casa, y tengo entendido que también la pegó. Por parte del actor, la coacción consistió en intimidar a la demandada con tomar represalias con el hermano de ella, que era recluta; y asimismo dejó entrever los muchos sacrificios que él había hecho por toda la familia, cuando, por fallecimiento del padre, habían quedado poco menos que desvalidos económicamente".

20. *Scrutantes ultra coactionis pondus ex qualitatibus tam incutientis quam patientis metum, clarius perspicitur gravitas metus reverentialis in casu, talis nempe quae obiective fuit sufficiens ad ita compulsandum animum sponsae ut ipsa ad nuptias coacta fuerit. Constat enim in primis Berthae matrem, quae omni ope in matrimonium studuit, difficilis naturae fuisse.*

Marito siquidem orbata, plene pollens auctoritate in familia, tenacem in propositis se exhibuit, et cum aerumnae familiares in dies auferentur, in violentiam prolapsa est. Inter plures testium attestaciones satis est hic recolorum testimonia filiorum. Filia maior ait: “Mi madre es una persona tozuda; se empeña en una cosa, y ha de ser lo que ella dice, pase lo que pase... En aquel tiempo mi madre era exigente, y, cuando decía una cosa, no permitía observaciones de nadie, y quería que se cumpliera lo que ella había indicado, a todo trance. Como había quedado viuda, creyó que debía mandar, y lo hacía de manera absoluta”. Filius minor affirmat: “Mi madre tiene el carácter duro, y lo tenía quizá más a partir de la muerte de mi padre; ella hubo de asumir la jefatura de la familia y esto la hizo más dominante de lo que era; debido a las diarias tribulaciones, se enfadaba con frecuencia, cosa que pagábamos nosotros. Las órdenes que daba habían de obedecerse y no había réplica posible; ella mandaba con carácter autoritario”.

Ex adverso mitis naturae erat Berthae ac debilis indolis; et timiditatis causa matri oboedientiam praestabat. “Mi hija —fatetur ipsa mater— siempre fue sumisa, mansa, obediente, quizá demasiado, porque, si hubiera tenido un poco de voluntad propia, no hubiera consentido en la desgracia de su casamiento”. “Yo la veía —ait sponsae amitina— atemorizada al lado de la madre”. Atque soror maior sic indolem Berthae describit: “En aquel tiempo era más bien mansa, corta, apocada y se sometía con facilidad, principalmente a la madre”. Tandem frater minor addit Bertham, si aliquando ausa est matri contradicere, nihil obtinuisse.

21. Neque pariter est utcumque dubitandum quin a metu non valuerit sese sponsa liberare nisi per electionem matrimonii. Nam, auxilio patris aliquot annos abhinc defuncti destituta, fratres aliique familiares, qui de coactione matris certiores facti sunt, aut passive se gesserunt aut pro matre stabant, ut ex deductis certo constat.

Obiici tamen potest conventam, exemplum sororis maioris imitantem, matrem deserere potuisse, cum et ipsa iam aetate maior et sui iuris esset. Sed de facto hoc remedio extraordinario neque usa est neque ab ea exigi merito poterat, tum quia oeconomice independens non erat, tum vel maxime quia pietate et reverentia matrem prosequabatur, quibus virtutibus filii etiam maiores et sui iuris, ut in iure dictum est, tenentur et ideo in eos metus gravis reverentialis cadere potest. Aliunde, si nuptias sibi invisas contraxit ut gravem et diuturnam indignationem matris evaderet, certo certius in hoc grave malum detrusa esset, si e domo materna effugisset. Hinc profecto ipsa mater, cui amor et pietas Berthae notissima erat, ad eam gravius urgentem, ignobilem filiae maioris fugam evocavit. Quae cum ita sint, derelictio potius medium coactionis ex parte matris extitit, quam liberationis ex parte filiae. Igitur fides praestanda est sponsae affirmanti: “Me encontré en cierta manera sola y sin ánimo para escapar a la presión que se me hacía y sucumbí”.

22. Circumstantiae denique quae matrimonium subsecutae sunt, tristem

et miseram conditionem conventae satis evincunt, quae, contra voluntatem, ut sese ab oppressione matris liberaret, invisas nuptias cum Titio accepavit. Etenim debitum coniugale marito reddere semper recusavit. Ipse actor fatetur: “Ella no se prestó nunca a hacer uso del matrimonio, e incluso no me permitía hacerle caricias”. Pariter mulier conventa: “El matrimonio no fue consumado, porque yo no lo quise, a pesar de habérmelo pedido Ticio varias veces; yo no quería hijos de Ticio, por causa de mi aversión hacia él”. Hanc vero inconsummationem matrimonii a partibus assertam, necnon a nonnullis testibus de eisdem tempore non suspecto auditam, iudices, attentis omnibus quae in actis prostant, satis probatam habuerunt in casu, uti coactarum et invitarum nuptiarum classicum signum.

Inde uxor, non cessante eius repugnantia in virum, aerumnis afflicta, gravem morbum contraxit, prout docet mater: “En mi casa estuvieron un año después de casados, pero en este tiempo Ticio estuvo enfermo de flebitis y tuvo que ser hospitalizado. Mi hija sufrió también de una llaga en el estómago, con un vómito muy fuerte, debido a la flojedad que padecía, porque no vivía a gusto con Ticio, y tuvo que ser también hospitalizada; después marchó a Mallorca para reponerse”. Quod unanimiter alii testes affirmant.

Neque post nuptias sponsa relationes cum amasio renuntiavit, quamvis conscientia de fragilitate humana torqueretur, sed eas per colloquia et epistolas fovere perrexit. Ait actor: “Estando mi mujer enferma en el Hospital, me dijo que, en los días de gravedad, había pedido a Dios que se la llevase, que no había pensado nunca llegar a donde había llegado; pues había prometido no ver más a una persona y la había vuelto a ver. Yo le contesté que era cuestión de un poco de voluntad de su parte; pero ella me contestó que lo nuestro ya no tenía remedio, puesto que a mí no me quería”. Familiares actoris, apud quos uxor de morbo convalescens tres menses vitam egit, in iudicio deposuerunt se illo tempore de relationibus a Bertha cum alio viro habitis suspicatos esse. De re haec habet soror actoris: “Cuando Berta estuvo en nuestra casa convaleciendo tres meses en 1949, recibía mucha correspondencia, y no consentía que el cartero la llevara, sino que ella iba a Correos por las cartas, y después las quemaba... Uno de los días nos dijo que venía a Palma, para ver a unos amigos que llegaban de Barcelona; y al día siguiente nos dijo que volvía a Palma para despedirlos y trajo con ella a mi hermano pequeño, el cual nos dijo después que Berta había estado solamente con un señor”. Ac de hoc rogata uxor conventa eadem refert: “Durante el tiempo de mi convalecencia en Mallorca, recibí muchas cartas de mi familia, de Ticio y también del otro que había sido mi novio. No conservo ninguna de ellas; yo las contestaba todas. Las de Ticio no podían considerarse como escritas para él, pues ya la **becera iba así “Apreciado Ticio”**; y me despedía con “recuerdos de Berta”. Las que enviaba al otro decían “Queridísimo...”, y seguidamente muchas frases cariñosas, terminando con la frase “Con todo el amor, de Berta”...

En una de mis venidas a Palma, planeada de antemano, tuve la suerte de ver a éste por unos momentos". Vicissim amasius, ex officio iterum vocatus, Tribunali tradidit epistolas a conventa olim missas, cuius genuitas clara habetur, ubi omnia supra relata confirmantur.

Insuper ex actis nulla alia probatur causa separationis, a coniugibus de communi consensu sexdecim menses post nuptias definitive institutae, nisi dissociatio animorum, quin ulla spes affulgeat reconciliationis, ob frigiditatem uxoris erga virum, quae vitae communionem non superata est. Ita vir deposuit: "Había con frecuencia disgustos y desavenencias entre nosotros, debido a las circunstancias en que se desarrollaba la vida íntima del matrimonio, pero no hubo malos tratos... El día 20 de enero de 1950 dejé definitivamente el domicilio conyugal, de acuerdo con mi esposa, ya que después de año y medio de celebrado el matrimonio, aún no éramos marido y mujer". Mater eiusdem declarat: "En mi hijo, alguna vez que vino a ver a la esposa, mientras estuvo en nuestra casa después de la enfermedad, observé que estaba triste. Pude ver que salían de la habitación, ella llorosa y mi hijo enfadado". Atque uxoris mater, apud quam domicilium constituerunt, testatur: "De casados nunca se dieron muestras de amor, antes al contrario, siempre estaban peleándose. Cuando yo vi el disparate que había hecho hacer, de buena gana habría hecho volver hacia atrás". Nec dissimiliter amica Berthae ex relatis sibi tempore non suspecto concludit: "La causa de la separación fue la actitud de Berta al negarse a dormir con Ticio y a realizar el matrimonio; en definitiva la falta de amor".

23. Cum uxor conventa in sua depositione asserere videatur sponsum coactionis auctorem fuisse, oportet hic ostendere quanta sit huius affirmationis gratuititas, ne de temeritate arguantur iudices; quippe qui inhabilitatem actoris ad matrimonium accusandum non declaraverint, sed passi sunt eum directe usque ad finem processus agere. Reclamamus igitur verba partis conventae quae ad rem attinent: "Mi madre y Ticio se empeñaron en el casamiento... Hube de casarme por la presión de él y de mi madre... Fue mi madre la que me hizo dar el paso definitivo... Asimismo Ticio insistió en que había de hacerse el casamiento". Nunc vero ex his genericis verbis nulla oritur iniusta coactio ex viro profecta, qui nihil aliud fecit nisi a sponsa petere ut, attentis relationibus praematrimonialibus libere tot annos habitis, sibi nuberet. Quodsi vir huiusmodi petitioni preces et suassiones etiam frequentes adieceret, hae impares omnino essent ad metum communem gravem et iniustum constituendum, cum ex parte eius non satis esset metus reverentialis incussio. Addit vero mulier conventa: "Ticio me amenazaba con que, si no me casaba con él, mi hermano pequeño haría el servicio en Africa y se lo pasaría mal". Hae autem minae graves haberi nequeunt, quoniam penes sponsum non esset eas exequi, ideoque malum improbabile prae se ferebant; quod et si fratri evenisset, attenta pace id temporis in colonia africana regnante, stipendium militare ibi facere nullatenus malum grave reputaretur. Porro cum actor infitatus sit se minas vel coac-

tionem in conventam exercuisse, neque ullus testis asserta conventae firmaverit, nulla invenitur ratio qua in dubium vocari possit ius certum actoris agendi in iudicio; quod sustinendum esset, etiamsi id ius tantum probabilile videretur, ut in iure dictum est.

24. Defensor Vinculi, pro suo munere solerter et sollicitè agens, ostendere nititur sponsam libere ad nuptias convolasse, corrivans argumentum ex iis quae in authentico exemplari investigationum praematrimonialium prostant. Ita in animadversionibus excipit: "Perspectum habetur parochum, sub numero 10, revera postulavisse a sponsa in eius examine, utrum matrimonium libere ac sponte inire cogitaverit. Sponsa affirmativam responsionem dat, addens quod vi aut metu, directe vel indirecte, a nemine compellebatur. Prudenter huic responsioni non acquiescens, parochus ad rem sponsam monuit quam maxime circumspectionem habiturum fore revelatae notitiae, ita ut nullam molestiam pars inde habitura fuisset. Sponsa vero nullum quoad libertatem consensus defectum tunc manifestavit. Idem apparet ex responsione duorum testium, sub numero 8, qui adducti sunt ad comprobendam libertatem nupturientis. Magnum inde prostat argumentum pro absentia cuiusvis coactionis in casu, nam accuratissimam supponimus investigationem a parochus fuisse ad mentem Ecclesiae peractam. Mens Ecclesiae est, iuxta Instructionem a S. C. de Sacramentis 29 iunii 1941 datam, "ut probe perpendant parochi unum e praecipuis capitibus nullitatis matrimoniorum, quae ad ecclesiastica tribunalia deferuntur, in vi metuve incusso consistere".

Huic exceptioni vel difficultati responsio generica in promptu est: Si scilicet sponsa, parochus in ipsa celebratione matrimonii perconctanti an vellet Titio nubere, affirmativam responsionem dedit, sub influxu autem coactionis, quia aliunde de eius voluntate aversa certo constat, etiam admittendum est in examine quoque praenuptiali sub influxu cogentis certe respondisse se consensum matrimoniale plena libertate praestituram esse. Quapropter, cum nupturiens non ausa sit suam conscientiam parochus examen praenuptiale facienti aperire, hic non potuit uti circumspectione et prudentia, quam Ecclesia in citata Instructione commendat pro casu revelationis, ne nuptiae meticulousae celebrarentur. Declarationes vero testium, qui in praematrimoniali investigatione testimonia praebuerunt circa sponsae libertatem, inefficaces quoque fuerunt ad eundem finem obtinendum, nempe, invalidam celebrationem matrimonii vitare, quoniam et ipsi, cum ignorarent, parochus non patefecerunt coactionem matris, qua certissime filia compellebatur. Neque hanc explicationem quadamtenus arbitrariam dicas, siquidem unus ex testibus, qui coram parochus tunc pro libertate sponsae testatus est, nunc a iudice interrogatus an conventa libere aut coacte matrimonium contraxisset, respondit: "Únicamente sé que el actor era el que sostenía la casa de la novia, desde unos tres o cuatro años antes de casarse, en donde se hospedaba como pupilo; pero ignoro si han intervenido ni quién para obligarla".

In specie autem adnotandum est vix ullam fidem in casu tribuendam

esse examini sponsae et attestationibus praematrimonialibus, prout in exemplari authentico transcripta apparent. Nam, attento tenore vel textu responsionis, quae dicitur a sponsa prolata sub numero 10 relate ad libertatem et spontaneitatem consensus, nemo est qui non videat talem responsionem non esse genuinam, sed praeformatam in formulario reprobando, utpote pessime confecto, cum, omissis interrogationibus opportunis ad singulas quaestiones, contineat iam ante examen faciendum responsiones in forma absoluta et categorica datas. En, ad rem quod attinet, textus formularii: "10°. Que... consiente libre y espontáneamente al matrimonio, especialmente ella, y que no es impulsada directa o indirectamente por otra persona a contraerlo. 11°. Que sabe que la otra parte... consiente al matrimonio con plena y absoluta libertad y con ausencia de toda coacción o miedo grave". Unde, in casu praesenti, cum puncta suspensiva ac typographice nata ad demonstrandam qualitatem responsionis datae, nempe, an fuerit affirmativa vel negativa, integra relicta sint, nullum habetur signum, quo efficaciter probari possit aut satis constet parochum accurate investigationem circa libertatem consensus sponsae fecisse. Quod ipse Defensor Vinculi videtur concedere, siquidem ait "hoc supponendum esse", quia, ex his quae in authentico investigationum exemplari continentur, potius defectus debitae diligentiae deducendus est. Praeterea vere mirum est quod sponsa, de cuius magna aversione in nuptias constat, respondisset, ut in formulario dicitur: "que *especialmente* ella consiente libre y espontáneamente al matrimonio". Quod magis confirmat formularium reformandum esse. Nam, si parochus, sicut praecipit C. I. C. in can. 1020, p. 2 atque S. C. de Sacramentis ursit in Instructione supra memorata, debet *praesertim* seu magis instare ad investigandum de libertate consensus ex parte sponsae, utpote debilioris, quam ex parte sponsi, tamen est ridiculum, ut in formulario intenditur, velle impetrare a sponsa hanc confessionem comparativam atque adeo odiosam: "sponsam *praesertim* seu intensius quam sponsum consensum libere praestare".

Denique cum responsiones duorum testium, qui in investigationibus praematrimonialibus auditi sunt, eosdem defectus in formulario scateant, nihil etiam conferre possunt ad vim probationum iudicialium ad apicem iuris peractarum enervandam.

II. Quoad exclusionem boni prolis

25. Actoris patronus, ex eo quod pars conventa semper renuit officia coniugalia persolvere, ita ut matrimonium inconsummatum permanserit, in libello assumpsit insuper metum ut causam huius simulationis partialis, atque in defensione reppetit plures causae circumstantias sat probatas suadere in casu ipsam metu inductam fuisse ad finem matrimonii primum excludendum. Attamen, cum neque sponsa quidem affirmaverit se ius ad actum coniugalem positivo voluntatis actu exclusisse vel huiusmodi exclusionem per modum verae conditionis consensui matrimoniali apposuisse,

neque ulla de hac re habeantur testimonia, atque sola pervicax debiti recusatio et inconsummatio matrimonii non satis sint ad plene ostendendam boni prolis exclusionem, hoc caput nullitatis iuridice probatum haberi nequit. Contra vero plenissime constat de coactione omniaque ostendunt consensum esse ob coactionem datum eaque vitiatum.

26. Idcirco omnibus in iure et in facto mature perpensis, Nos infrascripti Iudices pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, CHRISTI NOMINE INVOCATO, sententiamus primo ex dubiis propositis respondentes: AFFIRMATIVE, seu constare de matrimonii nullitate in casu ob metum gravem reverentialem mulieris.

Ex quo consequitur alteri dubio respondendum non esse.

Statuimus pariter iudiciales expensas esse ab actore solvendas.

Palmae Maioricarum, in Sede Tribunalis Dioecesani, 16 decembris 1958.

IOSEPHUS RODRIGUEZ, *Ponens*
BARTHOLOMAEUS BORRAS
BARTHOLOMAEUS MARTORELL

Sententia a Tribunali Superiore confirmata in executionem transiit.